

— pertinebit et spectabit. Volumus autem, si dictos census — titulo reemptionis emptos — et in futurum comparandos per venditores eorundem iuxta seriem litterarum desuper confectarum seu super futuris censibus comparandis conficiendarum reemi contigerit, ex tunc altarista — de scitu et consensu patronorum dictorum pro dicta pecunia absque quacunque distractione alios census et redditus in dotem et proprietatem altaris — comparare debbit etc. Nulli ergo omnino hominum etc. Si quis autem etc. In quorum omnium evidens testimonium praesentes litteras scribi fecimus — [et] sigilli nostri appensione iussimus communiri. Datum et actum in castro nostro episcopali Stolpen anno domini millesimo quadringentesimo tricesimo quarto ipso die Andreae apostoli.

Nach dem Orig. im Rathsarchiv zu Pirna. Das an einem Pergamentstreifen befestigte Siegel des Bischofs ist später wohl absichtlich verletzt und theilweise zerstört worden.

No. 105. 1435. 3. März.

Bischof Johann von Meissen incorporirt dem Altar Visitationis Mariae in der Pfarrkirche auf Wiederkauf stehende Jahrzinse und erlässt Bestimmungen über deren Verwendung.

Johannes dei et apostolicae sedis gratia episcopus Misnensis universis et singulis Christi fidelibus — salutem in domino sempiternam. Cum divini nominis gloriam etc. Sane quia nobis certi annui census et redditus, puta una sexagena grossorum cum quadraginta quinque grossis, qua quidem sexagena in opido Pyrnis in domibus habitationum scilicet Nicolai Vincker, Nicolai Vere coopidanorum¹⁾ eiusdem opidi, quadraginta quinque grossis²⁾ vero super molendinum in praeurbio praetacti opidi dictum die Steynmôle comparatis singulis annis absque impedimento in terminis Walpurgis Urbani Michaelis Andreae apostoli solvendis, emptis et comparatis praenominata sexagena pro decem sexagenis, quadraginta quinque grossis pro novem sexagenis grossorum clipeatorum titulo reemptionis, ut in litteris privilegialibus desuper a providis proconsule et consulibus praefati opidi et valido Henrico de Bünaw armigero residente in castro Wesenstein confectis et datis plenius continetur, quam quidem sexagenam cum quadraginta quinque grossis altarista altaris Visitationis Mariae virginis — in ecclesia parochiali situati praefati opidi — colligere postulare et exigere debbit, primo pro se sibi et altari suo praescriptam³⁾ sexagenam ea ratione, ut altarista aut lector praenominati altaris ad unam missam tantundem scilicet defunctorum quando deus sibi inspirabit et absque notabili praeiudicio plebani septimanatim in dicto altari celebrandam per se vel alium idoneum pro salute animarum se noverit obligatum, necnon residuos quadraginta quinque grossos in anniversario cuiusdam Heincze Menewitez piae recordationis armigeri singulis annis absque impedimento dare et distribuere debbit ob talem causam, ut in die s. Clementis annuatim finitis vesperis decantentur vigiliae novem lectionum per capellanos domini plebani et altaristas aut lectores altarium dictae ecclesiae pro tunc fundatorum et erectorum⁴⁾ et sequenti die scilicet s. Crisogoni missa defun-

1) Orig. coopidanis. 2) Orig. grossi. 3) Orig. praescripta. 4) Orig. fundati et erecti.